



Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE VERBO DEI|| scripto & non scripto,|| QVATVOR LIBRIS|| EXPLICATA.||

Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>

Ingolstadii, 1599

VD16 B 1607

IX. Idem probatur ex ratione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53828](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-53828)

Quisquis
de illac
monstra
nocent
am per
obis refi
ntistru
cap. 5. L
sa Cath
e quadu
tuntur
d est, q
t suis pe
am inpa
: Nisi
: Quia
stribu
Ecclesie
Cuili
oniam
ndata
christian
dignam
tione se
centur
eleem
itum
ophetan
misit, ne
t danc
Eg.
ondine
damna
nificatio
nitomo
lus Scri
telliger
sacram
I.

pro ipsa sua altitudine non uno eodemque sensu omnes accipiunt, sed eadem eloquia aliter atque aliter aliis atque alius interpretatur. Et penè quot homines sunt, tot illuc sententia erui posse videantur. Atque idcirco multum necesse est, propter tantos varijs erroris anfractus, ut prophetica et apostolica interpretationis linea secundum Ecclesiastici et Catholicorum sensus normam dirigatur, &c. Normam autem sensus Catholicorum, ibidem aperte ostendit esse, Conciliorum decreta, confessionem Patrum, & similia.

GREGORIVS lib. 5. epist. 25. Scimus, inquit, piissimos Dominos disciplinam dirigere, ordinem seruare, canones venerari, & se sacerdotibus negotiis non miscere. ANSELMVS in lib. de incarnatione Verbi, cap. I. sic Urbanum Romanum Pontificem alloquitur: Quoniam, inquit, diuina prouidentia vestram elegit sanctitatem, cui vitam, & fidem Christianam custodiendam, & Ecclesiam suam regendam committeret: ad nullum alium rectius referuntur, si quid contra Catholicam fidem oritur in Ecclesia, ut eius auctoritate corrigatur, &c.

BERNARDVS epist. 190. ad Innocentium Papam II. Opportet ad vestrum referri Apostolatum pericula queque, & scandala emergentia in regno Dei, ac praesertim qua de fide contingunt. Dignum namq; arbitroribi potissimum resarciri damna fidei, ubi non possit fides sentire defectum. Et infra: Tempus est, ut vestrum agnoscatis, Pater amantissime, principatum, probetis zelum, ministerium honoretis. In eo plane Petri impletis vicem, cuius tenetis & sedem, si vestra admonitione corda in fide fluctuantia confirmatis, si vestra auctoritate conteritis fidei corruptores. Et epist. 189. Dicebam sufficerescripta eius ad accusandum eum, nec mea referre, sed Episcoporum, quorum esset ministerij de dogmatibus iudicare.

CAPVT IX.

Idem probatur ex ratione.

PROBATVR VLTIMO ratione. Non ignorabat Deus multas in Ecclesia exorituras difficultates circa fidem, debuit igitur iudicem aliquem Ecclesiae prouidere. At iste iudex non potest esse Scriptu-

Scriptura, neque spiritus reuelans priuatus, neque princeps secularis, igitur princeps Ecclesiasticus, vel solus, vel cetero consilio, & consensu Coëpiscoporum, nec enim fingitur que potest fingi aliquid aliud, ad quod hoc iudicium pertinere posse videatur. Ac primum, non esse iudicem Scripturæ planum est, quia varius sensus recipit, nec potest ipsa dicens quis sit verus. Præterea in omni Republica bene instituta ordinata, lex & iudex distinctæ res sunt. Lex enim docet agendum, & iudex legem interpretatur, & secundum eam iudicemines dirigit. Denique de Scripturæ interpretatione qualiter est: non autem se ipsa interpretari potest.

At, inquiunt, ex collatione variorum locorum faciliter testa quo quis linguarum perito erui verus sensus. Sed quia multi sint linguarum periti, & eadem loca inter se conferunt, & tamen adhuc conuenire non possint, quis tum erit iudex certè multi Lutheranorum, multi item Zuinglianorum linguarum periti fuerunt, & Scripturas inter se magno labore contulerunt, & tamen in explicatione illius sententiae; H
E S T C O R P U S M E V M, conuenire nunquam potuerunt. Zuingiani, dicet Lutheranus, excæcati sunt, proinde nimirum, si clarissima Domini verba non intelligant. Sed si Zuingianus Lutheranos excæcatos dicat, quis erit iudex?

Quod autem spiritus reuelans vnicuique priuato homini iudex esse non possit, facile demonstratur; siquidem ille qui est in te, à me neque videtur, neque auditur; iudex debet videari, & audiri ab vtraque parte litigante: nam tales sunt qui contendunt, nimirum homines corporales. Si enim spiritus efficiens, fortè sufficeret iudicium spiritus. Præterea, in Republica temporali omnes homines habent verum lumen naturale, quo lex condita est, & quod sufficit ad eam exponendam & tamen nunquam permittitur legis interpretatio priuato iudicio vniuscuiusque: & si permitteretur, diu Respubl. non posset. quantò ergo minus permittenda est Scriptura interpretatio iudicio vniuscuiusque, cùm non habeant omnes verum illud supernaturale lumen, quo Scriptura condita est, & quod est necessarium ad eam rectè intelligendam.

Præterea, iudex debet habere auctoritatem coactuam, prolio qui nihil prodesset eius iudicium: at priuati homines nullam habent talem auctoritatem. Item plurimi sunt adeo rursum

des & imperiti, vt ipsimet fateantur, se nullo modo posse iudicare de quæstionibus fidei, & tamen etiam illi saluari possunt: non est igitur necesse, vt omnes iudicent

Denique, si spiritus iste reuelans priuatus esset iudex, præcluderetur via conuersioni hæreticorum, nec vllæ controuersiæ vnquam terminari possent. Nam nemo est hæreticus, qui spiritum non iactet, & qui spiritum suum non præponat spiritibus aliorum. & sicut 2. Paralip. cap. 18. cùm diceret Michæas Propheta Domini, se loqui in nomine Domini, Pseudoprophetas autem agitari spiritu mendacij; respondit ei Sedecias Pseudopropheta: *Et per quam viam transiit spiritus Domini à me, Et loqueretur tibi?* ita si Catholicus diceret, spiritus ita mihi reuelat, responderet hæreticus, & per quam viam? &c.

Quòd autem non sit princeps secularis iudex, probatur. Nam nihil potest vltra virtutem à cauissimis suis acceptam: causæ autem principatus secularis, humanæ & naturales sunt; nam efficiens est electio populi, finis est pax, & tranquillitas temporalis Reipub. Igitur non habet virtutem, neque auctoritatem Princeps, vt talis, nisi humanam, qualem populus dare potuit, & qualis requiritur ad conseruandam temporalem pacem. cuius signum est, quod etiam sine Ecclesia sunt veri reges, & principes temporales; & sine illis esse potest vera Ecclesia, vt fuit in orbe Romano primis 300. annis.

Neque obstat, quod Rom. 13. dicitur: *Non est potest as nisi à Deo: Et qui potest atque resistit, Dei ordinationi resistit.* Nam non vult Apostolus dicere, regiam potestatem esse immediatè à Deo, sed mediaterè, quia Deus instinctum illum naturalem posuit in hominibus, vt crearent sibi regem: sicut etiam leges humanæ dici possunt à Deo, quia fiunt lumine naturali, quod Deus in mente humana in creatione impressit. At principatus Ecclesiasticus cauissas habet diuinæ, & supernaturales; nam efficiens immediatè est Deus. neque enim Pontifex ab Ecclesia auctoritatem habet, sed à Christo, qui dixit ei: *Pascere oves meas, Ioan. vltimo; Et, Tibi dabo claves regni cælorū, Et c. Matthe. 16.* Finis autem est æterna beatitudo.

Quocirca extra Ecclesiam non inuenitur verus Pontifex, nec veri sacerdotes, nec sine his esse potest Ecclesia. Et hinc Nazianzenus in oratione ad ciues timore percusso; Chrysostomus

stomus in homil.4. in verba Isaiæ, & Ambrosius lib.de dignitate sacerdotali, cap.2. dicunt Episcopum tanto esse maiorem regem, quanto spiritus carni, cœlum terræ, aurum plumbum perstat. Et propterea etiam pontificatus, & sacerdotium pertinet Ecclesiam pertinent: principatus autem temporalis peradens. Igitur cum res fidei definire & Scripturas diuinam interpretari sit actus spiritualis & Ecclesiasticus, certe non ad principem temporalem, sed ad spiritualem, & Ecclesiasticum pertinet.

CAPVT. X. Soluuntur obiectiones.

To obiiciunt PRIMO illud Isaiæ 54. *Dabo omnes filios tuos doctos à Domino.*

RESENDEO, non loquitur Isaias de spiritu priuato reuelante, sed vel loquitur de doctrina uangelij, quam Deus ipse, id est, Christus prædicauit & cuit, ut exponit hoc loco Cyrillus. ut sensus sit; Populu Christianum non docebo per Prophetas, sed per meipsum, in illud Hebr. 1. *Multifariam, multiq[ue], modis, &c.* Vel (qua subtilior & germanior expositio) loquitur de gratia Spiritus sancti, qua homo interius à Deo mouetur, & suauiter impellitur ad credendum, & amandum, ut exponit B. Augustinus gratia Christi, cap. 12. 13. & 14. Itaque non est sensus, omnem Christianos intellecturos diuina reuelatione omnia arcana Scripturarum, sed tales futuros, ut non solum audiant magistrum exterius explicantem verbum Dei, sed etiam audiant intus magistrum Deum suadentem, ut faciant quod audiunt. Dum fit concio, omnes audiunt, & intelligunt quod dicitur, sed unus credit, aliis non credit, unus conuertitur ad peccato ad pœnitentiam, aliis non conuertitur: illi prius dicuntur docti à Deo, isti posteriores non item. In hunc sum protulit ex hoc loco testimonium Dominus Iohannes 6. *Est, inquit, scriptum in Prophetis; & erunt omnes docti à Dei. Omnis qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me.* Ei Apostolus 1. Thess. 4. *De caritate fraternali non neceſſebimus scribere vobis, ipsi enim à Deo didicistis, & diligatis unicum.*

Sectv